



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De scandalis: & quòd ea fugienda sint. cap. lxxv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A concessa est, nos conuertamus: ut ex ea quoq; liberos gignamus, hoc est, non iam, ut ab ancilla disciplinas in sensum cadentes, sed, ut ab ingenua & perfecta, sapientia & prudentia.

## De scandalis: &amp; quod ea fugienda sint.

## CAP. LXV.



S T V V M abundauit malitia: & lingua tua concinnabat do- *Psal. 49.*  
los, Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Custodi me à laqueo *140.*  
quem statuerunt mihi.

B Væ mundo à scandalis. Necesse est enim ut veniant scandala: væ autem homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscede eum, & proice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quâm duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, abscede eum, & proice abs te: bonum tibi est unum oculum habentem in vitam intrare, quâm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis, qui in me credunt, bonum est *Mar. 9.*  
ei magis, si circundaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur.

Videte ne licetia vestra offendiculum fiat infirmis. Si esca scandalizat fratrem *1. Cor. 8.*  
meum, non manducabo carnem in æternum: ne fratrem meum scandalizem.

C Sine offensione estote Iudeis & Gentibus, & Ecclesiæ Dei: sicut & ego per *1. Cor. 10.*  
omnia omnibus placebo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: ut  
salvi fiant. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

*Praeclarè cum eo agitur, qui nec peccando, nec suspitione laborando, quandiu fieri potest, ac ratio finit, offensionis scandalique materiam multitudini præbet: quippe cum vis etiam, qui unum ex paruis offenderint, quâm certa, quâmque atrox & acerba, ab eo, qui mentiri nescit, pena constituta sit, non ignoremus.*

## De carnalibus hominibus.

## CAP. LXVI.



D O N P E R M A N E B I T spiritus meus in homine in æternum, *Gen. 6.*  
quia caro est: erintque dies illius centum viginti annorum.

Quod natum est ex carne, caro est. Qui de terra est, de terra *10.3.*  
loquitur.

Spiritu ambulate: & desideria carnis non perficietis. Caro *Gal. 5.*  
enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi aduersantur. Manifesta sunt autem opera carnis, que sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, beneficia, iniurictia, contentiones, emulationes, fixæ, iræ, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, comedationes, & his similia. quæ prædico vobis, sicut prædicti, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

E Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. *1. Cor. 15.*  
Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt, qui vero secundum spiritu sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt. Nam prudètia carnis mors est: prudentia autem spiritus, vita, & pax. Quoniā sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta: nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. *Rom. 8.*

Qui carnales sunt, spiritualia facere non possunt: nec qui spirituales sunt, carnalia. *Ignat.*  
Carnalis homo, mentem ad contemplationem minime exercitatam habens, vel potius *Basil.*  
eam in carnis affectu, tanquam in cœno, defossam gerens, spirituale veritatis lumen prospicere nequit.

Imperiti, ac mundi amore capti homines, boni naturam ignorantes, ea, quæ nullius pre-

*B b y.*